

Perge piis monitis, Divinas perge docendo  
Legis Doctrinas insinuare diu.  
Sic DEUS in cœlis, quæ sunt mala cuncta, rependet.  
*Et tunc verus Amor perpetuus q̄, manet.*

*In honorem*

*Reverendi Domini Collegæ*

*Lm̄ q̄ adposuit*

M. Daniel Schneider / Ecclesiæ  
Dresdensis Diaconus,

Ad B. Lectorem,

De Tomo III. Catechetica Concionum,

*Reverendi & Clarissimi Viri, Domini*

**M. JOHANNIS HERTZOGII,**

ECCLESIAE DRESDENSIS DIACONI, vigilantissimi.

**H**erzog Germanis *Dux* est, quia ducere debet  
Huc-illuc populos, non sine fruge, suos.  
Et ducunt multi! Sed quò? Non ad pia semper  
Aut sacra, quæ *justo* sint placitura DEO.  
Nonnulli ad leges præcepta profanaq; ducunt,  
Plures ad technas Marchiavelle tuas.  
Ducunt (seducunt dicendum fortè?) frequentes  
Multos præcipites ad Phlegetontis aqvas;  
Nec patiuntur, ut id quisquam sugillet & ajat:  
*Quò Dux, quò tantos ducis, agisq; choros?*

b 2

Hand